

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Stephanus Masius

De Targumim Seu Paraphrasibus Bibliorum Chaldaicis Exercitatio Philologica

Rostochi[i]: Richelius, [ca. 1665]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738041262>

Druck Freier  Zugang



Kart.: A. Varenius

A. Varenius.

R. U. theol. 1644. 65 / f

TARGUMIM^{DE}

SEU PARAPHRASIBUS BIBLIORUM
CHALDAICIS

EXERCITATIO PHILOLOGICA

Quam
Juvante Deo
sub PRÆSIDIO
VIRI

Plurimum Reverendi, Amplissimi
atq; Excellentissimi

DN. AUGUSTI VARENII.

SS. Theol. D. Hebraicorum & Catech. Christ.
Profess. Ducal. ordin.

Præceptoris, Fautoris ac Hospitis sui venerandi
placidæ Συμφιλοεργάτων συζητίσι
exhibet

STEPHANUS MASIUS,

WISMAR. MEKLENB. Aut. & Resp.

Habebitur d. 26. Aprilis. hor. ab 8. mab.

In Collegio Majori.



ROSTOCHI,

Typis Johannis Richelii, Senatus Typogr.



I. N. f.

PRÆLOQVIUM.



vantis sit Versionum Orientalium usus,
quantumq; pondus in vero vocum Bi-
blicatum sensu erundo obtineant, pe-
riti rerum æstimatores judicent; qvi p-
pe qvò propius ad Linguam Originalem
accedunt, eó melius textum, ipsiusq;
verum ac genuinum sensum exprimere
solent. Inter omnes alias autem, qvæ
ex antiquissimis Orientalium monu-
mentis, ad nostras manus pervenerunt,

Versiones V. T. Chaldaicas, camprimis priores, optimas esse, fa-
cile largientur, qvi earum evolutioni aliquam operam impende-
runt. Ut autem qvid de illis sentiendum sit constet, putavimus
& nos operæ pretium facturos, si aliquid de earum Origine, Anti-
qvitate, & cœteris, qvæ circa hanc matèriam moveri possunt con-
troversis, ex variis Autoribus in medium proferamus, & ad ulte-
tiorem illarum illustrationem, symbolam quoque nostram con-
feramus. Hanc ipsam vero tractationem ad tria capita revocabi-
mus, ubi in priore de Lingvâ & stylo Targumim, in posteriore de
Autoribus, in ultimo de eorum Usu & Autoritate breviter pro no-
stra tenuitate agemus: Id qvod SS. Trinitas in nominis sui glo-
riam cedere jubeat FELICITER!

CAP. I.

DE LINGUA ET STYLO TARGUMIM.

Nominis **תַּرְגּוּם** expositio, Etymologia & Homonymia
proponuntur, Lingvæ Chaldææ (qva Targum con-
scriptum) etymon, Antiquitas, Dignitas & Facilitas.
In varias eadem dispescitur Dialectos, de his varia
opiniones afferuntur, proponiturq; vera sententia.
Stylus Paraphrastrarum diversus. Stylus & inter-

A

pretandi

pretandi modus priorum, intermediorum, posteriorum.

S. 1. In accurata rei alicujus pertractione, nominaliter ejus explicationem praemittere solent, quoque eam describere aggrediuntur, id quod & nos, antequam ad alia progrediamur, observabimus. Dicitur autem TARGUM in genere qualibet Versio è textu Hebreo in lingvam vernacularis, sive ut Cl. Buxtorff. in Lex. Chald. Talmud. p. 2644. verit, expositio, seu translatio Lingua unius in alteram, à Rad. Chald. **תְּרַבֵּתְךָ פְּגִילָה**, exponere, declarare, transferre, interpretari unam Lingvam in aliam, vel per aliam. Et licet vi etymi possit quatenq; translationem denotare, eodemq; sensu passim in Rabbinorum scriptis inveniatur, ut plurimum tam, & **אֶלְעָזָרְךָ** pro Paraphrasi seu Versione V. T. Chaldaicā accipitur.

S. 2. Hæ itaq; Paraphrases, cum Lingua Chaldaea sint conscriptæ, proœmii loco de illâ ipsiusque etymo, tum de Stylo Targumim aliquid monendum est. Notum autem est, quod sicut omnes ferè Linguae à populis, v. g. Germanica à Germanis, Graeca à Græcis &c. eà loquentibus denominantur, ira & hæc Chaldaea à Chaldais proœul dubio appellationis originem in se derivavit. Diu autem quæsumus, & adhuc queritur unde Chaldaei olim sic dicti sint? Pleriq; Judæorum ex mente Rabbenu Saadja Gaon Dan. c. 2. v. z. eos dictos volunt **שְׁאַלְיָהָן** quasi **שְׁרִיבָה** diaboli **שְׁהָרָבָה** **שְׁוֹמֵן** **אֶת מַעֲשֵׂיהָן** סכה **שְׁרִיבָה** **דָּיָבָּלָּוּם**, Magiae n. admodum dediti erant. Alii ex Joseph. Antiq. Jud. libr. i. c. 7. dictos volunt **כְּשָׁרִיבָה** quasi **arpachschadeos**, omisis tribus prioribus literis. Interpretes LXX. ut hanc appellationem quodammodo lenirent, **וְ** in **ל** mutato pronunciarunt **χαλδαιος**, unde hodiecum etiam Chaldaei non autem Chasdæi appellantur. Quia autem istæ etymologiaz ab analogia Grammatica recedunt, verosimilius putamus **כְּשָׁרִיבָה** corumque lingvam dici à **כְּשָׁרִיבָה** eisdem gentis proavo, cuius mentio sit Gen. 23. v. 20. cui seatentia ipse citatus R. Saadja. v. 10. l. c. subscrifit **הַמִּזְרָחָ כְּשָׁרִיבָה** id est, sunt ex prosapia Cesched. Commendatur autem hæc Lingua Chaldaea, cum quod adeo vicina sit Ebrææ, ut ejus

Filia

Filia nonnunquam ita loquendo audiat, multæq; voces, phrases, ac loquendi formulæ in Matre Ebræâ usitatae, absq;e hujus cognitione vix, ac ne vix quidem intelligi & explicari possint Maier, part. I. p. 328. tūm qvod, licet neutrigam cum Myricæ dicamus eam primævam (id qvod ejus figuratum fusè refutavit Maier, l. c. p. 4 s. & t. fusiis in part. II.) egregie tamen sit Antiquitas, Gen. 31. v. 47. Dignitatis, ac Facilitatis. Qvod ad ejus Dignitatem, ea inde satis elucescit, qvod eam ipse DEUS tribus V. T. canonis partibus, nempe Lege Gen. 31. v. 47. Prophetis Jerem. 10. v. II. & Hagiographis in Daniele à v. 4. cap. 2. ad cap. 8. in Esra à v. 8. c. 4. ad v. 7. c. 7. nobilitaverit, indeq; passim in Hebraeorum scriptis his verbis commendatur: אל החר לשון ארמיות [סורס] קָל בְּעִינֵיךְ

שָׁמַצְיָנוּ בְתֹרֶה בְּנֵיכְאֵת וּבְכָבוֹד:
ide est, *Ne sit Lingua Chaldea vilis in oculis tuis, quam invenimus in Legi Prophetis, & Hagiographis, quod sc. ei sanctus Benedictus impetrat bo-norem.* Nec de ejusdem Facilitate quispiam dubitabit, si Lingua Ebrææ cognitione instructus ad eam accedat, sic enim brevissimo temporis spacio, & ad hujus solidam ac perfectam cognitionem pervenire potest.

§3. Divisa autem est in plures Dialectos, prout ea diversis temporibus vel purior, vel impurior fuit. De numero vero istarum Dialectorum non convenient Autores. Communiter solent tres hujus Linguæ Dialectos constituere, Biblicam sc. Targumicam & Talmudicam, utramque deinde Targumicam & Talmudicam in Babyloniam & Hierosolymitanam distribuere. Alii aliter distingunt i. in Babyloniam, qvam reliquarum quasi basin & fundamentum volunt, eamq; dividunt in Priorem, qvâ Daniel & Esra magnam suæ historiæ partem descripsérunt, & Posteriorem, qvæ aliquot centenis annis post captivitatem Babyloniam in regionibus Judæâ ac Babyloniam in familiariori loquendi usu exstitit. Posteriorem adhuc ulterius dividunt in Targumicam, qvâ Talmud Babylonium, attamen stylo impurissimo ex Ebræo sermone, variisq; Linguæ Aramaæ Dialectis mixto, multis vocabulis Græcis, Latinis, Arabieis & Barbaris alijs paulò audacius assumitis, conscriptum est. II. In Hierosolymitanam, qvâ postea Judæi in terrâ sanctâ ac His-

ac Hierosolymis colloqebantur: Hācq; Dialecto Targum Hierosolymitanum, Jonathanis in Legem, Targum librorum Hagiographorum, Chamesch Megilloth, Talmud Hierosolymitanum, Zohar &c. conscripta reperiuntur. III. Syriacam in specie sic dictam qvā secundum nonnullorum opinionem ipse Servator ac discipuli collocuti sunt (qvam tamen erroneam esse ostendit Maierus part. i. P. S. p. 108.) & post Apostolorum tempora N. T. ex archetypo Græco majori ex parte fidelissimè conscriptum est, teste Tremellio in præfat N. T. Syr. huicq; distinctioni subscribit, eandemq; suo calculo comprobat Buxtorff. in consil. de studio Ling. Ebr. p. m. 151. Bartholomæus Maierus in parte 2. Phil. Sacr. à p. 40. ad 75. qvinq; enumerat, i. Babyloniam 2. Chaldaicam seu Syria-
cam 3. Hierosolymitanam. 4. Antiochenam Comagenam seu Maroniticam (qvæ eadem ipsi ac Syriaca in specie sic dicta) & 5. Talmudicam. Addit adhuc B. Gerhardus in methodo stud. Theol. p. 63. sextam, nempe medianam inter Hierosolymitanam & Chaldaicam. Per qvam Targum librorum Hagiographorum R. Josephi intelligit: verū nobis videntur duæ priores divisiones accommodatissimæ utpote ad qvas cæteræ omnes facillimè reduci possunt. De Dialecto Galilæa cuius Matth. 26. v. 73. Marc. 14. v. 70. fit mentio (qvia de eâ fuse h. l. agore nōstrī non est instituti) vid. Cl. Buxtorff. in Lexic. Talmud. p. 434. ff. & p. 2416. f.

S. IV. Illud etiam considerandum, qvod Paraphrasæ nec eodem stylo utantur, nec eodem interpretandi modo. Possunt autem distingvi in Prioris, Intermedios & Posterioris. *Prioris* proprius ad textum accedunt, qvem ut plurimum *moda sequuntur* & fidelissimè transferunt, stylo simpliciore, dialecto quoque Babylonica & ad Danielis & Esrae puritatem magis inclinante, qvodammodo tamen impurore magisq; variâ (cujus tamen varietas esset facilior, nisi eam prayi sāpe punctatores turbassent) utuntur. Hos inter præcipuus est Onkelos, qvem seqvitur Jonathan in Prophetis prioribus, ubi tūm in verbis, tūm in rebus sati simplex est, & posterioribus, ubi paulò liberior, allegoriis interdum favet. *Intermedii* magis adhuc à priore puritate defestunt, nec priorum exemplo literaliter textum explicant, verbumq; è

bumque è verbo transferunt. Horum stylus conspicitur in Targum librorum Hagiographorum, in quibus tamen nec idem stylum nec sermonis genus. Posteriores respectu reliquorum stylo impurissimo, cui multæ extraneæ voces cum primis Graecæ sunt admixtæ, utuntur, & peculiare quoddam interpretandi, sive potius commentandi genus sibi reservarunt; magnam enim in suis translationibus adhibent libertatem, & ut prolixiores, ita difficiliores esse solent, ob nimiam sc. allegoriarum & Talmudicarum fabularum multitudinem. Hujus generis sunt Targum Hierosolymitanum, Pseudo-Jonathanis, Targum quinque Megilloth, seu libellorum Cantici, Ruth, Thren. Jerem. Eccles. & Esther. vid. Höting Thes. Phil. libr. 1. c. 3. sect. 1. p. 253. & Buxtorff. in Lex. Talmud. p. 1555.

CAP. II.

DE ORIGINE ANTIQUITATE ET AUTORIBUS TARGUMIM.

Targumim non fuerunt tempore Esræ, multo minus ante eum. Totum V. T. non est in Ling. Chald. translatum. Onkelos non fuit Titi sororius, nec Aqvilas. Commendatur ejus versio, ostenditur tamen eam non esse *avauāqmn̄*. Jonathan non fuit Theodotion nec transtulit totam scripturam. Targum Pseudo-Jonathanis non esse veri Jonathanis asseritur. Refutantur rationes Helvici & Schikhardi pro Helvico. Targ. Hierosol. non est confundendum cum Jonathanis. Disquiritur de autore Targ. Hagiographorum. Jonathan non transtulit Psalmos. Targum Chamesch Megilloth describitur.

§. I. His expeditis, ad ipsius tei tractationem, unde digressieramus accedemus. Et quidē si Originē Targumim perpendamus, non contemnendæ sunt Antiquitatis, utpote quorum usus non diu post captivitatem Babylonicam obtinuit. Constat enim tām ex sacris, quam Rabbinorum scriptis, Linguæ sanctæ familiarem loquendi usum, qui tot seculis illibatus permanserat, in & post supra diū septuaginta annorum diuturnum exilium, ob illam cum Chaldais

Chaldaicis permissoem, à plebe Iudaicā, ita successu temporis immutatum esse, ut planè in Aramaicum seu Chaldaicum degeneraret. vid. Cl. Buxtorff. doctissimam de Lingue Ebr. diff. fort. §. 42. & Maier. part. i. Phil. Sacr. p. 79. Hinc ob maternæ Linguae oblivionem plebis quoque habenda erat ratio: hinc, ne sacram scripturam prouersus oblivioni traderet, factum, ut subseq̄uentibus temporibus V. T. in Linguam Chaldaicam, qua tunc utebatur, transferretur, & sic non tantum docti, sed & plebei textum lacrum legere, & absq;ue interprete intelligere possent. De primâ verò scripturæ in Linguam Chaldaicam translatione, diversæ sese nobis offerunt sententiaz. Qvædam iain Estræ temporibus Paraphrasum usum fuisse contendunt, hocq; ex Nehemia 8. v. 8 probari posse putant, cuius verba ḥadscribemus וְיִקְרָא בְּסֶפֶר בְּהוֹרֶת הָלֹהִים טְפַרֵּשׁ וְיִזְכְּרֶנֶן וְיִקְרָא בְּכֶפֶר מִרְכָּזָב וְיִזְכְּרֶנֶן וְיִקְרָא בְּכֶפֶר מִגְּלָלָה cap. 4. & Megillah cap. i. ita explicant:

בְּהוֹרֶת אֱלֹהִים וְזֶה סְקָרָא/ סְפָרָוּשׁ וְזֶה חֲרוּנוּ b.e. quid significat quod scriptum est? Et legerunt in libro Legis Dei: erat scriptura (seu tex-tus Hebraeus) explicata, erat Targum. Hæc verò sententia, licet Höttingerio arrideat l.c. nobis tamen non admodum verosimilis videtur, qvo minus enim ei adskipulemur, obstat alius locus Nehem. 8. v. 2. 3. & 4. ubi dicuntur omnes, Legem Dei (quam sacer codex appellat, h. e. eam ipsam Legem, quam Moses ipse conscriperat) ab Estrâ in ventam ac prælectam intellexisse. Nam licet non insciemur, Linguam Hebræorum in captivitate Babylonica maximè fuisse corruptam, at-tamen nihil obstat, qvò minus Legem Lingua sanctâ prælectam, populus adhac intelligeret, nam ut vers. 3. l. c. Junius versit omnes apti ad intelligenter audiendum (erant) unde constat, Paraphrases tunc temporis nondum fuisse, nam, ut antea diximus, in usum populi Ebraicam Linguam nescientis conscriptæ sunt. Néque ex voce שְׁפָרָשׁ, ejusdemq; expositione Talmudicâ, firmum hujus assertionis argumentum peti potest: פְּרַשׁ enim explicare, expouere, declarare, non verò ex una lingua in aliam aliquid transfrerre denotat vid. Lex. Talm. Buxl. p. 1846. & Mercer. Thes. Ling. sanctæ,

sancti. p. 2249. hinc R. Aben Esra סִירְבָּר מִשְׁרָב vertit per שְׁמַרְתָּךְ. Sec-
pe citatus Majerus (cujus verba ex parte i. Phil. Sacr. p. 136. ad scri-
bemus) locum hunc ita explicat: Primum verba Legis clarâ ac di-
stinctâ voce prelegerunt, ac postea subjeerunt dilucidam verborum istorū
expositionem, sensum scripturâ eruentes; ac populum saluberrimè doctrinis
ex pralecto textu desuntis informantes. Hic accedit, quod post captivi-
tatem Babyloniam Prophetæ Haggai, Zacharia, & Malachi
consimiliter Lingua Ebræa, non autem Chaldaæ suas conscripserint
Prophetias, quod utique non fecissent, si Hebræa Lingua ita
fuisset obliterata, ut de eâ nihil plane intelligeretur, vide Maier.
l. c. p. 133. seqq. Qvædam jam ante dictam captivitatem Chaldaï-
carum Paraphraseon antiquitatem extendunt, qvibus subscriptis
Reuchlinus libr. 3. de verbo mirifico cap. 13. afferens: Antiquorum
Philosophorum tempore capisse sacrum Hebræorum scripturam tanto in hon-
nore, inquit tanta & tam frequenci veneratione apud Babylonios haberij,
usque adeo, ut eam ex propriâ in Chaldaicam Linguam traduci curarent,
idque circa 56. Olymp. seu aucto Thaletis, qui circa tempore Esiae vixisse
creditur. Sed eadem sententia ut ἐνταξεις μὸν τακταμον, cum
priori non immerito rejicitur, qvippe qvæ ita nudè absqve ullo
fundamento à Reuchlino proponitur, & si vera esset, procul du-
bio vel levissimum istius assertionis vestigium in antiquissimis
Ebræorum & cœterorum scriptis relinqveret. Optimè omnia
illi sentire videntur, qui non statim qvidem post captivitatem Ba-
bylonicam: sed tūm demum, cum Hebræa Lingua ita prorsus de-
generaret in Chaldaam (quo tempore id factum sit, vid in Maier. part.
2. P. S. p. 204.) sic ut eam vulgus vix ac ne vix qvidem intelligeret,
istas paraphrases conscriptas esse statuunt.

§. II. Sed & haec Paraphrases, nec ab eodem Autore, nec
eodem tempore, sed diversis conscriptæ sunt, & hinc variae, nem-
pe sex numerantur. 1. Targum Onkelos in Pentateuchum.
2. Jonathanis in Prophetas priores. 3. Targum Pseudo-Jonatha-
nis in Legem. 4. Targum Hierosolymitanum. 5. In libros Ha-
giographos, & 6. Targ. Chamesch Megilloth. Alii duplex tan-
tum Targ. constituunt, Babylonicum sc. & Hierosolymitanum,
Onkeliqve & Jonathanis in Prophetas Babylonicum, reliquas
vero

verò Paraphrases, Hierosolym. appellant Maier. part. 2. pag. 58.
Quamvis autem à Variis variæ sint conscriptæ Paraphrases, totum
tamen V. T. in Linguam Chaldaeam translatum hodie non habe-
mus; Nulla enim in Danielem, Esram, Nehemiam & libros Chro-
nicorum visa est Paraphrasis, cuius haec videtur fuisse causa, quod
Daniel & Estras quædam capita suæ historiæ Lingua Chaldaea con-
scripterant, & librorum Chron. Paraphrasis ex libris Samuelis &
Regum peti poterat. Refert quidem Hötingerus in Thes. Phil.
p. m. 252. ex Christiano Ravio, hodiensem in Angliâ, quandam in
memoratos Chron. libros reperiri Paraphrasin, ast quia hâc de re
nihil certi constat, esto fides penes Ravium, donec certa testimo-
nia produixerit. Contra inveniuntur alii libri & librorum versi-
culi, in quibus sunt duplices, imò vel triplices Paraphrases, ut in
Pentateuchum, librum Estheræ; sic quoque in Psalmorum, Jobi
& Estheræ nonnullos versiculos, Paraphrasis sæpe bina vel trina ad
versiculum unicum reperitur, quorum catalogum vide in Christi-
an. Gersonie Biederlegung des Jüdischen Talmuds p. 225. f.

§. III. Ea verò quæ de dictis Targumim habemus ordine
הַשְׁמָן אֶת יְעֹנֵר חַדְשָׁם lustrabimus. Occurrit primò Targum Onkeli
חַדְשָׁם שֶׁל אֶת־וּנְקָלִיס in solum Pentateuchum: an enim integrum
Bibliorum Paraphrasin consecerit, prout Galatinus de arcan. Cathol.
Veritas. l. 1. c. 3. p. 9. Et Fagius prafat. Parapbr. Chald. Pentat. Et vo-
lunt, incertum est, cum contrarium potius ex Hebreorum scri-
ptis, qui ei solam in Pentateuchum Paraphrasin attribuunt, elici-
possit vid. Höttig. l. c. p. 155. Et Buxt. de Orig. Punct. p. m. 128. nec
nova Paraphrasi opus erat, nam paulò ante Onkelum, in Prophe-
tas & juxta Galatin. l. c. in Hagiographa, Jonathan aliam conscri-
perat, hoc autem an veritati sit consentaneum infra §. ii. disqui-
remus. Dehoc Onkelo autem, quinam fuerit discrepantes in-
veniuntur Autorum sententiæ. Quidam Titi sutorium fuisse, tan-
demque repudiato Gentilismo ad Judaismum se recepisse auto-
mant; hanc verò sententiam erroneam esse inter alia ostendit
temporum diversitas; Onkelos enim secundum communem sen-
tentiam tempore Hillelis sub Hircano ante natum Christum,
(vid. Schickard. Bechin. Happen. p. Maier. part. 2. P. S. p. 181. Buxt.
consil.

confil. de stud. Ling. Ebr. p. 149.) vel ad minimum, tempore Christi & Apostolorum, adeoque ante Titum vixit, Buxtorff. in Abbrev. p. m. 120. 207. Vespasianus autem, quem hujus Pseud. Onkeli avum volunt, decem demum annis post Christum natus est, hocque inde probamus, quia anno Christi 79. d. 24. Jun. mortuus est, cum vixisset 69. annos, mensem unum & dies septem, ut habet Calvis. in opere Chronol. p. 458. edit. Francf. Jam vero impossibile est, & praeter naturam, nepotem ante avum vivere potuisse. Alii cum Aqila Pontico, Versionis cuiusdam Graecæ Autore confundunt: sed & hos à veritate aberrare, demonstrat nominum & diversa scriptio, & pronunciatio; hic noster enim אונקלוס Onkelos, seu ut Galatinus libr. 1. c. 3. pronunciat Ankelos, ille vero Aqvilas עקילוס appellatur, huncque ὥαζεονταριόν ipsi Rabbini teste Höttig. l. c. p. 255. refutant. 2. Onkelos sub Julio Cæsare vel Augusto &c. vixit, ut ante innosimus, Aqvilas autem sub Hadriano circa annum Christi 117. Mater. l. c. p. 183. 3. Aqvilas juxta Patrum consensum integra Biblia in Linguam Graecam, Onkelos vero, ut ante dictum, Legem tantum, & quidem in Chaldaam translatis. 4. Diversa quoque utriusque in Hebreorum scriptis fit mentio, vid. Hötsing. l. c. p. 376 [de version. LXX. interpr. & Schikk. l. c. p. m. 24.]

§. IV. Qvod ad ejus versionem, tradunt de ea Talmudici, referente Christ. Gersone l. c. p. 221. Mosen hanc ipsam Paraphrasin in monte Sinai accepisse, & per traditionem oralem propagasse, Onkelumq; postea, cum illam oblivioni tradi animadverteret, restituisse, unde nec illi quicquam vel addendum vel detrahendum esse. R. Asarja apud Buxtorff. in Antigt. Punct. p. m. 127. aliquantulum ab hac sententiâ dissentit, Onkelum hujus Paraphraseos non primum Autorem, sed tantum ejusdem à pluribus mendis & erroribus correctorem his verbis statuens: הָא הוּא אֹנְקָלֹס לֹא היה מתחילה בהברץ רבבי התורה ללשון ארמית אבל אז וחקרא i. e. Onkelos non fuit primus, qui incepit מקרת תקו את חכמתך verba Legis in Linguam Chaldaam transfundere, sed tantum correxit, & emendavit, id quod jam ante confusum & perturbatum erat. Rabbi Moscheh ben Maimon. lib. Moreh nebhochim p. m. 289. On-

kelum res istas arduas & sublimes quas explicare, à R. Eleasare, & R. Jehoschua qui fuerunt sapientissimi inter Israëlitas, accepisse putat. Nos neglectis prioribus, qvæ figuris, & falsæ hypothesi involute sunt ultimam Maimonidis arripimus, ad qvam pleriq; tam Christianorum, qvam Judæorum inclinant; ut patet ex Schickhard. B. H. p. 23. Buxtorff. Antig. Punct. p. 141. Lex. Talmud. fol. 2644. putamusq; illum ipsum qvidem distam Paraphrasin conscripsissimam, R. Eleas. & Jehosch. tamen in hoc opere Præceptores, ac coadjutores habere potuisse. Hæc ipsa Versio autem, ob varias ejus virtutes; præ reliquis omnibus, qvibus quasi palmarum præcipit, commendabilis est, eò qvod textum sacrum verbotenus (nisi ubi Prophetia, difficultas qvædam, aut verbum aliquod emphaticum occurrit) explicet, & in explicandis **אָתָּה** **בְּנֵי** **יִשְׂרָאֵל** cum primis cauta sit, cuius exempla vid. in Maimon. I. c. p. 32. 71. s. imo per totum librum i. illud argumentum argutè & solerter ab isto autore per tractatur. Et hoc AbenEsra quoque suo comprobat calculo *in prefat. rythmico Biblio majoribus prefixa sect. 5. his verbis:* **וְתַהֲרֹת** **הַתּוֹרָה** hoc est qui Legem Chaldaicè transstulit; fidelissimè transstulit; omniaque ipsius abscondita explicavit; (id qvod de hac Onkeli Paraphrasi intelligendam esse, ostendunt exempla, ex Gen. 49. v. 11. ab ipso postea producta.) Hinc tanta ejus apud Judæos dignitas, sicut patet ei, ac textui Hebreo autoritatem tribuant, ideoque ad textus Hébrei consonantiam ei accentus subserpserunt; & hodienum etiam singulis septimanis ex eis qvandam Parascham legunt; qvam lectionem perantiquam esse, & circiter annum Christi ducentesimum expisse, patet ex Schalschatchath hakkabbalah f. 37. citante Buxtorff. in Lex. Talmud. v. occ. **סָוֶרֶא** Sorab. p. 1453. s. qvinimo & hæc reliquis facilior, & ob illam textus Chaldaicæ facilitatem incipientium studio-accommodationi vid. §. 4. cap. 1. Qvamvis autem textui Hebreo præ reliquis proprior sit, non tamen planè **אָתָּה** **בְּנֵי** **יִשְׂרָאֵל** est, multa enim produci possunt exempla, in qvibus vel plane a texta recedit, modo propria appellative **אָתָּה** per alia nomina propriæ transferens ut Gen. 4. 16. **אִתִּים** זָמִינִים cap. 14. **אִתְּעָג** גְּרוּ וּמְטַלְּלָה **אִתְּצָרָן** כּוֹר Targ. &c. Chald. **כִּישָׁר** עַמְקָם **בְּשָׁרִים** אָמְתָנִי, **חַקִּיפָּה** Targ. Ibid. v. 10. **חַקְלִיא**

אָבָרְךָ קָרְלִיאָן ac si pro שְׁדֵים in textu esset cap. 14. ver-
tit &c. modo verba textus per prorsus alienum sensum
exponens ut Gen. 3. v. 21. רַיֵּן אֶבֶן לְמַלְכָה כְּתָנֹתָה עֹז Ch. משָׁרָחָה id est, vestes preciosas super cutem carnis eorum Gen. 48.
v. ult. בְּצָלָתִיךְ וּבְכָבוֹתִיךְ gladio & areu meo. Chald. oratione, & precibus meis vid. quæque Num. 10. v. 31. cap. 24. v. 1.
& 19. Deut. 7. v. 10. &c. modo fabulis, interdum & traditionibus nimis
indulgens, ut inter alia appetat ex Gen. 49. Num. 23. & 24.
Deut. c. 32. & 33. & hæc de Onkelo.

§. V. Altera Paraphrasis qvæ post Onkeli Paraphr. in ver-
eendo laudem meretur, est Jonathanis Usselidis יְהוֹנָתָן בָּנָן עֲזִזָּאָל. Qvod ad Autoris personam, ex Hillelis octoginta discipu-
lis (de quibus in Baba Batra & Succa referente Buxtorff. in Abbr. p. 105.
multa fabulantur Talmudici) maximus fuit, & paulò ante natum Christum floruit. Nonnulli cum eum Psendo-Jonathane. sed tamen
absqve omni fundamento, ut postea dicetur, confundunt: Alii
ob etymi & nominis convenientiam, cum Theodotione, qui Bib-
lia in Græcum sermonem transtulit eundem faciunt; qui enim
Hebrais est Jonathan, seu Jchonathan is Græcis Ἰωάννης vel Ἰω-
άννης appellatur. Hanc autem opinionem erroneam esse, tem-
poris, religionis, & generis paraprastici differentia satis superq;
demonstrat vid. Höttig. Thes. Phil. p. 258.

§. VI. Transtulit autem Prophetas priores & posteriores,
nec contrà, prout Galatin. lib. 1. cap. 3. l. 3. c. 5. l. 10. c. 4. & alibi
passim opinatur, Psalmos vel tota Biblia; contrarium enim ex He-
braorum scriptis, qui ei solam in Prophetas adscribunt Versionem,
nec ullo verbo istius in totam Scripturam Paraphraseos mentionem
faciunt, patet. Qvod ad ipsam Versionem, omnium Chal-
daearum antiquissima, ac idiomate satis puro conscripta; licet enim
Græca interdum, interdum alia peregrina immisceat vocabula, ut
Jos. 2. v. 2. Iud. cap. 3. v. 23. cap. 6. v. 19. 1. Sam. 17. v. 20. 2. Sam. 8, 12.
cap. 16. v. 22. 1. Reg. 12. v. 11. &c. non tamen ab Onkeli stylo mul-
tum differt, & hinc à Christianis & Judæis eo potissimum nomine
commendatur, qvod dicti Onkeli exemplo, textum plerumq;

sqm mda secuta sit, locosq; de Messia ejusq; officio obscurius lo-
quentes, clarissimè, ac prouersus Christianè explicaverit, ut patet ex Cl.
Buxtorf. Lexic. Talmud. Rad. תְּשִׁבָּה p. 1268 Insuper Galatinus de arca-
nis Cathol. Verit. libro 1. cit. his verbis eam commendat: Jonathān
totum V. T. in Chaldaam vertit Linguam; atq; exp̄ osuit, ita sensum è sensu
traducens, & ita obscurissima quaq; exponens vocabula, ut quacunq; de
Messia dubia & latenter scripta erant, certa atq; clarissimare addiderit, adeò
ut ejus editio, non tam interpretatio, quām glossa atq; expositio videatur.
Sic quoq; multis fragmentis ejus stabilitate Talmudici
student, asserentes, Angelos eō, qvō hanc Versionem conscribebat
tempore, auscultandi causā de cœlis descendisse, terram Israelis ad
aliqvod centena milliatia commotam vocemq; cœlitus auditam:
Qvis est ille, qui arcana mea hominibus revelat? imd muscam, vel
aliud qvodvis votatile, si super chartam volaret, absq;e ullā scri-
ptoris, vel chartæ lascione momentō exustam esse, vide de his &
similibus fragmentis plura in Abbr. Buxtorf. pag. 104. & Haveman. Weges-
leuchte pag. 9 ff. Qyamvis autem textum sacrum in plerisq; cau-
sissimè transulerit, səpissimè tamen à textu, & punctuationis ana-
logiā recedit, ut ostendit Buxtorf. in Antiq. Punct. part. i. cap. 10.
Interdum fabulas & traditiones immiscet ut Jud. 5. v. 5 fabulam
de montium Taboris, Hermonis, Carmeli, Siñai certamine, ubi
qvilibet pro prærogativa sua disputat, qvōd scil. in suo cacumine
majestas divina habitare debeat, eadem fabula habetur in Tar-
gum. Psal. 68. v. 16. 17. Jud. 5. v. 8. ulterius ingentes Sisseræ co-
pias fabulosè describit &c. &c. 1. Sam. 2. Canticum Hannæ, de
Philistæis, Sancherib, Nebuchadnezzare Græcis, Hamane, Macca-
bzis & Syris, eorumq; bellis explicat. 1. Sam. 17. v. 8. opprobrium,
qvo Goliath Israelitas affecit refert, verba ipsius in gratiam Phi-
lo-Chaldæorum adserimus:
אנָא חֹזֵה גָּלוּתָה פֶּלְשָׁתָה רַמְןָ גָּרָה רַקְטָלִוָּה כְּרִיןָ בְּנֵי אֱלֹהִים כְּהַנִּי חֲפֵנִי וְפַנְחֵס וְשַׁבְתֵי
וְתִּרְאֵן גְּרִימָה דְּיוֹ אַוְכְּלִיתָ יְהֹוָה לְבִירָה דְּגָוָן טֻוּתִי וְחוֹנָה
חַמּוֹן בְּקָרְבוֹן פֶּלְשָׁתָא שְׁבָעָה וְרוֹחָן אֲפָכָל קְרָבָן וְקוֹרָב רְחוֹא לְהָנוֹן
לְפֶלְשָׁתָהִי אָנָּא נַפְקָה בְּרִישׁ חַוְלָסָה וְנַצְחָנָה בְּקַרְבָּא וְרַמְנָא
קְטִילָה בְּעִפְרָא דְּאַרְעָא וְעַד בָּעַן לֹא אַכְשָׁדוּ יְהָיָה לְמַהְוָיָה רַב אַלְפָא
עַלְלוֹהָוָן

עַל-לוֹחִין וְאַתָּה בֶן יִשְׂרָאֵל מִתְגַּדֵּל גָּבוֹרָה עַבְרֵי לְכֹן שָׁוֹל דְּמַנְיוֹחָן
id est, Ego sum iste
Goliath Philisteus ex Gath, qui duos filios Eli Sacerdotes Chophni & Pin-
chasiū occidi, & arcām fœderis divini captivam abduxī, eamq; in fanum
Dagonis idoli mei collocavi, fuitq; in urbibus Philistaeis sepm̄ menses, in-
super in omnibus Philisteorum bellis primus ego in acie frui, vicimusq;
Occisor sicut pulvrem projecimus, nec tamen me dignati sunt iudem, ut
me in milie nos maximum constituerent. At quā fortitudine de vobis me-
ritus est Saul filius Kisch ex Gibeā, quod ipsum Rēgēm super vos constitutus?
quod si vir fortis, descendat & præletetur metum, sic timidus eligite alium
Et. Sic Jel. 10. v. 31. maximas Regis Assyrii petinde ut Jud. 5. v. 8.
Sisrae copias enarrat, fabulaturq; longitudinem castrorum ip̄hus
fuisse 400. milliarium. & latitudinem colli eqvorum 40. mill. ea-
dem hæc in Talmud. Massech. Sanhedrin habentur, qvæ forsitan ex
haec Paraphrasi desumpta sunt.

§. VII. Succedit Targum quoddam in Legem, quod dicti
Jonathanis nomine falso gaudet, ante annos aliquot primumè
codice M. S. exculsum, cum ante doctissimis quibusvis Rabbinis
ignotum esset; ante Galatinum tamen fuisse, inter alia ex ipsius
l. i. cap. 3. Cat. Ver. colligitur, ubi ut fidem se illud vidisse inveni-
at, subjicit ejusdem initium, quod iisdem literis ac verbis hodie-
num in dicta Versione invenitur. Hæc autem an sit ψαλμοι μαθαιοι,
vel ab eodem Jonathanis, qui Prophetas transtulit conscripta ad-
huc disquisitur. Judæi, & ex Christianis, Helvicus in tractat. de-
Paraphr. ex parte Galatinus. I. cit. multis argumentis quæstionis
affirmativam probare volunt, eum tamen & Stylus stylo Targuini-
eo Prophetico prorsus absimilis, & res ipsa, qvæ bella Judæi mi-
pitomē, & infinite admixta fabule contrarium afferant: Illa enim
in Prophetas Paraphrasis, Onkeli exemplo textum ut plurimum
verbōenus transfert; vid. §. præced. hæc vero commentarius po-
tius Talmudicus, quam Versio vocari meretur: illa paucas & ra-
ras; hæc vero quam plurimas textui immiscet fabulas, & nonnun-
quam historiarum, qvæ diu post veri Jonathanis tempora conti-
gētunt, imo ipsius Talmudis in 6. ordines distributi mentionem
facit. Quid si ex Buxtorff. Abbr. p. m. 193. asseramus, Judæos, ut

libris majorem concilient autoritatem, eosdem ab alieno Autore appellare? quemadmodum enim libro Jezirah, Abrahami, libris Siphra, Tospishta-&c. R. Akibha, ita & huic procul dubio veri Jonathanis Uzielidis nomen præposuerunt; Majer. part. 2. P. S. p. 57.

§. VIII. Rationes, qvibus Helvicus nostram sententiam infringere vult, ex Schikh. Beck. Happ. p. 31. adscribemus, & ad illas breviter pro ingenii modulo respondebimus. Dicit Schikhardus loc. cit. has potissimum Helvici rationes esse, qvibus persuasus, suam sententiam defendet. 1. Quia multa egregia de Christo, & Religione Christiana in eo existant testimonia, que Judaeus aliquis recentior tam facile non infernisset. Resp. 1. tota testima-
tia nostram luculenter stabilisunt, ex hoc Targum produci non posse, qvot ex Veri Jonathanis. 2. Adductum ipsius testimonium, qvod Schikhardus formalibus verbis in Targ. Hierosol. extare testatur, potuisse hunc Pseudo-Jonathanem ex dicto Targ. Hierosol. qvod ante ipsum fuit, delumere, idem esto de aliis locis judicium. 3. licet recentiores pleriq; fabulis indulgeant, & in Christum, Christi, anamq; religionem iniqviiores esse soleant, non tamen negandum vel pauculos saltem reperiri.

Qveis meliore luto fixit præcordia Titan.
qvijq; coacti quasi nonnunquam veræ sententiaz subscriptibunt. II. Quia in plerisq; cum Targum Hierosolymitano convenient, & ita quidem, ut nonnunquam eadem verba retineat. Resp. id ab Helvico afferri in propriæ causæ jugulum, facile enim, ut ante diximus, potuit factius & larvatus iste Jonathan ex eodem Targum describere. III. Quia non est verosimile Jonathanem à Prophetis ex orsum fuisse suam Versionem, cum Pentateuchus erubrioris usus esset apud Judeos, nec eune temporis à quopiam Versus esset, & notum sit Onkelum post Jonathanem dum vivisse ac vertisse. Resp. 1. Licet concedamus, Jonathanem Legem aliquando vertisse, non sequetur, hoc ipsum esse Veri-Jonathanis, contrarium ex §. 7. patet. 2. Arbitramur, jam ante Jonathanem alias qvasdam Versiones in Pentateuchum fuisse, qvæ hodiè deperditæ sunt. 3. & licet hæc omnia negentur, potuit tamen verus Jonathan ob causas hodie ignotas, citius Prophetas, qvam Legem vertere, qvam si vertisset, procul dubio id Hebreorum annales & monumeta tanon reticuissent.

§. IX. Jam

§.IX. Jam vero Schickardus oggerit quædam, quæ Helvius possit regerere, & excipere, & quidem I. Non sequi: Codex aliquis nuper typis primis est divulgatus, ergo antequam ederetur in lucem planè non ubi locorum extitit. Sunt verba Schikk. pag 31, sed faciemur, i. hoc non sequi, & si sequeretur, nullus plane liber ante inventam artem Typographicam scriptus bona esset nota, sed omnia, etiam antiquissimorum Autorum scripta essent ~~incomprehensibilia~~. 2. resp. nos ita nudè non argumentari, sed inde nostrum argumentum deducere, qvod hicce liber ante sui editionem doctissimis etiam Rabbinis, Maimonidi, Jarchio, Kimchio, &c. &c. qui plerumq; in suis explicationibus Biblicis has Chalda Paraphrases citare solent, imò ipsis etiam Talmudistis, qui sàpe Onkeli & Veri Jonathanis Targum mentionem faciunt, vid. §. 4. & 6. ignotus fuerit, qvod utiq; nou esset, si Verum Jonathanem autorem agnosceret, quæratio enim, cur Judæi Jonathanis in Prophetas Paraphrasin adeò venerarentur, & usu quotidiano tererent, hanc vero in Pentateuchum, quæ majori sane ipsis usui fuisset, adeò neglexissent? Quod pag. 32. Autores quicam viderint adducit, parum nostra tententia officit; qvod enim ad Rab. Menachem de Rakenath, potuit ille (si ipsi fides adhibenda, de quæ tamen ipsi Ebræi eum suspectum habet) Veri Jonathanis in Legem innuere, si modo aliquam conscripsit, quam tamen, si quæ fuit, Pseudo Jonathanis esse ex supra citatis rationibus negamus. II. Dictionem adeò dissimilem non esse in hisce Targumim, & diversa Autoris esse potuisse institutam. Resp. Primum frustra afferri, si enim stylus in utroq; dissimilis non est, qvid dissimilius esse potest: qvod ad alterum, non negamus, Autorem aliquem interdum pro diversa instituti ratione posse prolixiori & contradictioni stylo uti, quemadmodum videmus ipsum Ciceronem nonnunquam fecisse, interim nemo tam stupidus erit, qui nesciat distinguere inter ipsius Ciceronis, & Scotti, Thomæ, &c. stylum, eadem hic ratio. III. Non obstat quod crebro fabulas immisceret. Resp. 1. qvod hoc sit præter more Veri Jonathanis, 2. qvod fabulae seipsas prodant, & Autorem suum arguant recentioris ævi, v. g. fab. de sex ordinibus Mischnæ, &c. Licet enim Schikkard. pag. 35. Mischnam ante Jonathanem qvodammodo extitit.

existisse velit, id tamen de illo sextuplici ordine, in qvem post Jo-nathanem demum circa Annum Christi 230. à Rab. Jehudah Hak-kadosch. relata est verum esse, quis dicet? IV. Qvod denique de mentione Constantinopoleos profert, nullo modo vel ad speciem saltem excusari potest, qvod enim de Spiritu Jonathanis Propheticō attulerat, id ipsum non immiterit pag. 34. repudiatur. V. Qvod ve-rò subjicit; *Judeos solere nomina propria in veteris libri mucare, & ad sua accommodare tempora, cum demum credemus, quando ex hu-jus sententiae defensoribus luculenta hujus assertionis testimonia produxerit;* & licet in aliis id fieri probari possit, qvo minus tamē idem hoc in loco contigisse statuamus, obstat, qvod id (si modo factum) ipsi Judæi non reticissent, & qvomodo, si hunc Pentateuchum interpolassent, qvædam eliminando, qvædam addendo, nuspian planè leviculum saltem hujus Versionis vestigium re-linquare potuissent? vid. Majer. Phil. Sacr. part. 2. p. 45 ss. Ast cu-juscunq; sit Autoris, vel Antiquitatis, multum Christianis contra Judæos proderit, qvibus in exponendis vaticiniis ac fidei dogma-tibus sèpissimè contradicit, ut exempla ubivis obvia satis probant.

S. X. Quartæ Paraphrasis dicitur חֲרָגָוּם וּרְוִשְׁלָמִי Targum Hierosolymitanum, à dilecto Hierosolymitanā, qvæ conscripta sic appellata, (de quâ Dial. vid. Majer. Phil. Sacr. part. 1. p. 81. & part. 2. pag. 76 ss.) & serie non continua, sed interrupta in Pentateuchum conscripta est. A nonnullis, ut supra §. 2. diximus, reliquæ etiam Paraphrases, qvod eodem, vel huic non multum absimili sermonis genere conscriptæ sunt Targum Hierosolymitanum appellantur, in specie verò, hoc ipsum in Legem fragmentum ita dicitur. Autorem habet ipsis adhuc Judæis ignotum, & sic etiam, qvo tempore conscriptum sit, hodie incertum est. Galatinus, ut cœteras Paraphrases confundit, ita etiam hujus Autorem Onkelum hb. 7. cap. 2. statuit, inter alia hæc scribens, qvod ejus Paraphrasis his verbis בְּרוֹכָמָא &c. incipiat, qvæ tamen non in Onkeli, sed in hac Hierosolymitanā habentur. Helvicus in tract. de Paraphr. Chald. ante urbis Hierosolymitanæ μεταλεθερία jam existisse innuere vide-tur, dum ex Academia Hierosolymitanā produisse, atq; in usum vulgi se in-sinuasse scribit. Schikhard. verò pag. 36. cœteris Paraphrasibus maledic-juniorem,

janiorum adeoq; cognomini, hoc est, Talmudi Hierosolymitano, ferè coe-
rum fuisse, arguit. Qvicq; sit de Tempore, ex stylo constat, hoc
Targum multis quidem autoribus conscriptum, collectore autem
uno compilatum esse, in qvam sententiam postea ipse Schikhard.
p. seq. descendit, eamq; scribō defendit, vid. Et Maier. part. 2. P. S.
p. 43. 44. 58. 59. 69. 228. f. Multa in super cùm qvoad res, tūm qvo-
ad verba cum Pseudo Jon. Paraphr. habet communia, & hinc qvoq;
factum, ut Drusius hanc cùm illa confunderet, dum (citante Cart-
wigh p̄fāt. annot. in Genes.) ad diffīl. loca Num. c. 25. se in eā
sententiā, videlicet Targum illud, quod Jonathā (in Legem sc.) attribui-
tur, esse Targum Hierosolymitanum proficitur, bancq; suam opinionem, ex
quorundam locorum convenientia probare annitetur, vid. Et alia ipsius
verbā in Maier. Phil. Sacr. part. 2. p. m. 57. Ast qvamvis magna sit in
illis convenientia, non tamen unum idem q; Targum potest esse,
cum & alia inveniantur exempla in qvibus prorsus discrepant, v. g.
Genes. I. v. 1. cap. 4. v. 16. Et v. 10. Exod. 14. v. 24. 25. Et c. vide Hörring.
Theſ. Phil. p. m. 260. f.

הרגום של כהובים §. XI. Seqvitur Targum in Hagiographa
qvod nonnulli R. Josepho, cognomine סנ' נהורַ (seu ut Cl.
Buxt. in Lex. Talm. p. 1432. & 2644. vertit Lusco) tribuunt, de qvo
Talmudici, citante Cocc. in Sanhedr. p. 326, fabulantur; illum, cùm
captus luminibus esset, banc Paraphrasin memoriter recitasse, eamq; postea
per oralem traditionem propagatam fuisse. Galatinus varios putat,
modò Aqvilam qvendam. qui citante Schihih. p. 24. passim in Be-
reschith rabba, & in Talm. Hieros. Moēd. Katon, allegante Buxt.
in Lex. Talm. p. 250. citatur, modò Jonathanem Usielidem, modò
supra nominatum Josephum hujus Paraphraseos Autorem putās.
Sic enim l. 1. c. 3. Alij, inquit, Jonathān ipsum nequaquam Psalterium tra-
duxisse dicunt, sed potius illud à R. Aquilas, Et à R. Josepho Caco in Chal-
deum versum affirmant. Ita l. 3. c. 5. Verum quidē est, translationem Chal-
daicam non esse Jonathā, est enim, ut pleriq; placet R. Josephi cœci, sive
ut alijs volunt, Rabbi Aquilas. Qvod autem procul dubio Aqvilas
qvandam Paraphrasin, ast in juriā temporum deperditam, conscri-
pscrivit ex Buxt. l. c. patet, sic enim verba Ebr. Psalm. 48. vers. ult.
הרגום עיקום אהנסיאן dicto loco Talmudici scribunt: עלה מות שולם שאינכו מות
verba almuth Aqилас transcribat, arazia id est, mun-
dus in

dus in quo non est mors. Kimchius in comment. Ps. 6. v. 7. & 8. ad vo-
cem אָשְׁר וְתַחֲנִן item Psal. 18. v. 2. citat ex Targum verba
&c. ista autem an ex Aquilæ, vel Jonathanis (si quæ-
fuit) desumpterit h. l. non disputabimus. Sic etiam in commenta-
rio Psalmorum prorsus ab hodierna Paraphrasi discrepat, ut ex
Psalm. 23. & passim ex Psalmorum superscriptionibus patet; nec ul-
lo verbo ipsius mentionem facit, cum alias cœberrimè suam tex-
tus explicationem ex Paraphrasi Chaldaicâ probet, unde concludi-
mus, hanc hodiernam Paraphrasin, vel tempore Kimchi circa 12.
seculum nativ. Chr. quo Kimch. vixit, nondum fuisse, vel eandem
non esse, quam in Sanhedrin Talmudici R. Josepho assignant. Alii
quos inter Buxtorff. in consil. de studio L. Ebr. p. 151. de genuino
Autore dubitant. De hoc ipso R. Josepho Cœco autem Galatin.
libr. 8. cap. 17. & cap. 24. scribit: illum annis ferme trecentis &
quadraginta post Christum, & trecentis post secundi templi eversionem claris-
se: quod si verum, sequitur, illam Rabh Jose Versionem post con-
sarcinatum Talmud Hierosolymitanum, quod circa annum Christi
230. à R. Johannan exaratum est, fuisse conscriptam. An autem Jo-
nathan Ustelides in Psalmos quandam Paraphrasin conscriperit, à
multis dubitatur: Galatinus quidem in libro de arcana Catholi-
cæ veritatis eam sèpissimè citat, summisq; laudibus commendat,
ita enim lib. 10. cap. 4. de eâ loquitur: Cujus quidem (Ionathani sc.)
interpretatio in Psalterium, quamvis raris sima sit, non tamen neganda est,
cum passim non solum à nostris, sed & ab ipsis Hebreis allegetur. & libr. 1.
c. 3. Editio quoq; ipsius Ionatha in Psalterium penes paucissimos est, quam
qui habent, pro viribus occidunt, propter mysteria fidei Christianæ, qua
continet. Verum quia ipsi Talmudista haud obscure contrarium af-
serant, non possumus solà Galatini autoritate freti id ipsum affir-
mare; dicunt enim citante Buxti in Abbrev. p. m. 106. in tract. Me-
gillah c. 1. quod cum hicce Jonathan Hagiographa transferre inci-
peret, vox coelestis בָּה קֹל (de quâ vide Lex. Talmud. p. m. 320. s.)
ipsum his verbis רֵב h. c. sufficit tibi, quia in his libris revelatur
adventus Messiae, cohibuerit, ipseq; postea ab eorum translatione
destiterit. Nulla in super, etiam in antiquissimis Hebraeorum libris
hujus Jonathanis Paraphraseos fit mentio, unde probabile appa-
ret, Galatinum, ut alios nonnullos Autores, ita procul dubio hanc
etiam

etiam Paraphrasin, ad Iudeorum στιχογραφίας eō fortius constrin-
stringendam, effingere potuisse, vid. Spanhem, dub. Evang. part. 2.
pag. 477. & Leud. Phil. Ebr. dissert. de nominib. divinis 27. pag. 290.
Quodad ipsam Versionem, omnium reliquarum difficilima, stylo
constat in æqvabili multisq; Syriasmis, teste Buxtorff. in consil. de
stud. L. Heb. referto, unde nec à doctioribus Judæis, nisi aliarum
cum primis Syra, Linguarum aliquali cognitione imbuti sint, pri-
mo intuitu intelligi potest vid. Höting. Thess. Phil. p. 259.

v. XII. Ultimum est Targum qvinq; libellorum Canticorum Ruth, Thren. Jerem. Ecclesiast. & Esther
הַגּוֹם שְׁלֵמָה מִגְּלוֹת De hujus Autore non immeritò dubitatur. nisi ex stylo ali-
quid certi, attamen probabiliter, definiamns; qui si cum Pseudo-
Jonathanis stylo conferatur, apparebit, hoc & Pseudo-Jonathanis
Targum eundem habuisse Autorem, id qvod demonstrat: 1. Dialecti
Hierosolymitanae in utroq; convenientia, & peregrinorum vocabulorum
consonantia. vid. qvæ cap. 1. §. 4. scripsimus, nec in ullâ Paraphrasi
tot occurunt peregrina vocabula, qvot qvidem in hac & Pseudo-
Jonathanis, minimaq; in commentandi genere cernitur differen-
tia, nisi qvod hæcce, Pseudo-Jonathanis Paraphr. prolixitate quo-
dammodo superet. 2. Fabularum frequentia nam ob nimiam fabu-
larum multitudinem ita detorquent textum, sic ut eundem in pro-
fus alienum sensum transferant, unam etiam eandemq; fabulam
uterq; iisdem verbis recenset e. g. de lapide fundationis cui nomē
tetragrammaton in scriptum erat de quo vide L. T. p. 2541. de tabu-
lis Legis earumq; materiâ, sc. ex qvonam lapide excisi fuerint Cant.
1. v. 11. Exod. 24. v. 12. & v. 10. Conf. Cantic. 2. v. 17. c. 3. v. 1. & Exod.
32. v. 25. Ruth. c. 1. v. 17. & 18. de 613. præcept. de Talmude & Misna
Cant. 1. v. 2. Thren. 2. 19. & in Ion. Exod. 26. v. 9. Qvamvis autem
multis scateat fabulis, pauca tamen in eâ reperiuntur, qvæ ceu flos-
culi è spinis & tribulis eminent v. g. Thren. 2. v. 20. sit mentio Za-
chariae occisi, qvam, cùm ad illustrationem Matth. 23. v. 35. faciat,
אֵם הָזֶה לְמַקְטֵל בְּבֵית מִקְדָּשָׁא רְדוֹן כְּהֵנָּא וּנְכֵנָּא
כְּפָא דְּקַטְלָהָן רִתְזָכְרָה כָּר עֲדוֹנָה כְּבָאָה וּנְכֵנָה כְּחִימָן
בְּבֵית מִקְדָּשָׁא רְדוֹן בְּיָמָא רְכִיפָּרְיוֹא עַל רְאוֹנָה וְתִכְזָרְלָא הָעָרָבוֹן
sic ut vos occidistis Zackariam filium idonis Archi sacerdotem, & Pro-

phetam veracem in sanctuario; ipso die expiationis, cum vos arguisset, ne malum perpetuaretur in conspectu Domini. Libellus Estheræ (qui etiam à Masorethis in specie מִגּוֹלָה vel מגילה appellatur) bis in Lingvam Chaldaæ translatus est, hâc tamen differentia, qvod Targum posterior adhuc magis, quam prius fabulis indulgeat. Meminit quoq; Galatinus lib. 3. cap. 2. alicujus Paraphraseos in Cantic. Cant. quam Ionathani cuidam adscribit, hodiernam autem in dictum libelium, Hierosolymitanam appellat; sed cum ista Ionathanis iniuria temporum sit desperita, eam omittimus.

CAP. III.

DE USU ET AUTORITATE TARGUMIM.

Recensetur Usus Targumim, quem conferunt, tûm ad Lingvæ Chaldaæ cognitionem, tûm ad textus Hebræi explicationem, tûm ad rituum variorum contemplationem, tum denique ad articulorum qvorundam fidei confirmationem. Deciditur qvæstio, an טְמָרָא non nunquam denotare possit וְזַהֲרָה. Differitur ex eodem T. de Angelo Foederis &c. item de Autoritate Targumim, qvanta Judæis? Non est authentica Christianis. Disqviritur, an Paulus 2. Tim. 3. v. 8. ex T. Pseudo Jon. qvædam desumserit? An etiam Christus allegarit, vel citârit Targum.

§. I. Postea quam, qvid de Targumim, eorundemq; Autoribus sentiendum sit in præcedentibus explicavimus, restat jam ad eorum USUM accedamus; Qui quamvis multiplex sit, ut vix describi queat, nos tamen, ne brevitatis limites excedamus, præcipuum enumerabimus. Et I. qvidem inserviunt dictæ Paraphrases perfectæ Lingue Chaldaæ cognitioni, nam ex ipsis in Daniele & Estrâ paucis capitulis, nemo Chaldaismum perfectè addiscet, nisi Chaldaicarum Paraphrasum diligenter lectionem illis adjungat; cùm enim præcipui & antiquissimi Judæorum libri v.g. Zohar, Talmud utrumq; &c. dialecto Chaldaæ sint conscripti, necesse est, ut, si intelligi debeant, eorum dialectus & stylus ex Targumim (nam alios libros dialecto Chaldaæ conscriptos non habemus) addiscatur. 2. Præca Judeorum bistoria, antiquis ritibus, qvo nomine commédantur potissimum Paraphrases posteriores, Ionatha-

Jonathanis scil. in Legem, Hierosolymitanam, & Chamesch Megilloth,
ut pote qvæ antiquitatum Judaicarum, & Judaismi lucidissimum spe-
culum, unà cum textū expositionibus exhibent. 3. Genuina textū He-
braicō locorum, vocabulorumq; difficultum explicationi. Sæpius enim ver-
ba vel Phrases etiam in Hebræo textu occurunt, primā fronte obscu-
ra, & intricata, qvæ hic clarissimè atq; optimè explicantur; ideoq;
quoties aliquid ambiguum, aut intellectu difficile occurrit in sacris,
semper ad Paraphr. Chald. cum primis priores, propter expositionis
in plerisq; perspicuitatem, fugiendum est, nonnunquam enim res ab-
strusissimas ita acutetigerunt, ut id ipsum etiam Talmudici fateantur,
sæpius in suis scriptis his verbis usi: *Nisi Targum istius loci esset, nescire-
mus quidnam sibi textus vellet.* Idem qvoq; testatur nunquam satis lau-
datus Buxt. præf. in Lex. Chald-Syr. *Targumim*, itq. ita genuinè plerumq;
sensum literalem explicant, ubi vel obscurior, vel allegoricus, vel magis con-
cisus est textus Hebrewus, ut perspicui instar aliquujus commentarii esse pos-
sint &c. Sic qvoq; 4. In textū Hebraicō integritate afferendā non imme-
ritō ad Targ. recurrimus, siquidem antiquissimorum exemplarium
locū usū nobis esse possunt, ut, cum corruptelz arguitur textus He-
breus, his Paraphrasib; adversarii redarguantur, scribit Glass. in Phil.
saec. p. m. 45. 5. Deniq; magnam lucem afferunt Controversis de plura-
litate personarum in divinitate, personā & officio Christi &c. Multa enim
in locis maxime controversis, expressè ad Messiam, cuius nōmen in
textu non exstat, referuntur, tam clare explicantur, adeoq; stringunt
Judæos, ut nulla prorsus ipsis elabendi remaneat rimula. vid. Lex. Tal-
mud. Rad. פָּשׁׂ & Targ. Hierosol. Gen. 3. v. 12. in Jonath. Jes. 53. v. 1.
&c. vid. Majer. PS. part. I. p. 384.

§. II. Nec prorsus caret mysterio, qvod nonnunquam pro nomine
Dei vel Messiae usupetur vox מִימְרָא, quotiescumq; enim in textu He-
braeo Deus nomine proprio אֱלֹהִים, אַרְנֵי, רְחוֹב &c. appellatur, Chal-
daic Paraphr. pro eo plenūq; ponunt מִימְרָא רְשָׁפְרָא דָי aut מִימְרָא רְשָׁפְרָא
(quod ultimum bis tantum nempe Eccl. 4, 4. & cap. II. v. 3. occurrit) id
qvod in multis locis de λόγῳ τὸν σελήνην non incommodè explicari
poteſt. Et licet sæpius de λόγῳ τὸν φορτινῷ qvām τὸν σελήνην intelligatur,
non tamē possumus suffragari sententia Theodor. Hakspan.
tractat. de usu script. Rabbin. p. 366, qui ex hac voce personam verē subsi-
stentem, & ab aliā distinetam probari posse prorsus negat, qvem sup-
presso nomine fuscē, refutat Haveman. in Theognos. antiquis proleg. § 9.

Nos quidem in presentiarum, omnes ejus rationes non discutiemus,
 contrarium tamen ex luculentissimis qvibusdam exemplis patere ar-
 bitramur, qvorum nonnulla apponemus. Sic enim Onkelos verba
 Gen. 28, 31. והיה מירא ר' לירען ותענוגת פרג'א והויה יהוה ל' אלילים
 ubi, qui verba Paraphrastæ de אָמַרְתִּי וְאָמַרְתִּי explicare vo-
 lunt, videant, ut commodam eorum explicationem producant. Num.
 11. v. 23. טִימְרָא רַי וַתַּעֲפֵב Chald. etiamne verbum Do-
 minii impeditur? ubi & illud notandum, qvod postea in eodem versu
 pro Hebr. non dicat פִּימְרָי בְּהַגְמִי Conf. Gen. 31, 49 Gen. 6, 7.
 Num. 21, 6. Deut. 3, 22. c. 5, 4. c. 18, 19. c. 31, 6. Jonathan 1. Sam. 4. v. 8.
 סְנִיא יְשׁוֹבֵנָא מִיד מִירָא רַי וַיַּצְרְנוּ מִיד הַלְּחִים
 נָעֵל. 6, 7. וְמִרְחָרְהַכְן מִירָא רַי וַיַּחַזְהוּ הַלְּחִים Targ. percus-
 fit verbum Domini Izam 2. Sam. 24, 14. conf.
 1. Reg. 9, 7. cap. 18, 24. 2. Reg. 11, 16. Et c. in Targ. Hieros. Gen. 19. v. 24.
 וְמִירָה רַי Jonathan eadem verba sic transfere
 וְשָׁמֵעַ מִימְרָה רַי Gen. 30, 22. נָחָרְהוּ עַלְרְחוֹנָא מִן קֶרֶם מִירָא רַי
 שָׁוֵם מִירָה Parasha 14. בְּכָל צְלָוָה וְאַפְרֵר בְּמִירָה דְּמָרוֹן:
 In Jonat. Gen. 11, 7. 8. apparuit ver-
 bum Domini super urbem Num. 10, 35, 36. hæc leguntur: Fuit Moses flans
 אהגלי כרונן מִירָה in precatione, orans, & petens misericordiam à Deo, dicendo
 חוכם כרונן מִירָה רַי revelbre nunc è verbum Domini, item revertere nunc è Verbum Domini, eadem in Targ. Hieros. l. cit. haben-
 tur. Hæc & similia, in qvibus tales actiones & prædicata vocabulo
 מִירָה tribuuntur, qvæ de verbo וְאָמַרְתִּי dici neutiquam possunt,
 accuratè siqvis perpenderit, nulli dubitamus, qvin ea tutò contra Ju-
 daeos usurpari posse, facile nobiscum conesserit. Vid. Hörring. Histor.
 Creat. p. 53. seq. Havem. l. c §. 9. ex parte Galatin. l. 6. cap. 2. ¶ 1. 3. c. 2. ff.
 §. III. Sed & alia in Targumim occurruunt, ex qvibus Personam Mes-
 sias, ejusdemq; Deitatem veteribus Judæis haud incognitam fuisse de-
 monstrare possumus. Sic Gen. 16, 14. בָּאָר לְחֵרְרָא Onkelos vertit
 קִימָא אֲחָזָה בְּיוֹרָא דְּמָלָךְ putens, penes quem Angelus fæd.
 conspectus est, qvæ verbasi cum Malach 3, 1. conferantur, per hunc An-
 gelum fæd. neminem nisi secundam SS. Trin. pers. intelligi manifestū
 deprehendemus, hocq; ipsi etiam Rab. conscientiâ convicti fatentur,
 & inter eos primus R. D. Kimchi com. ad h.l. his verbis: הַאֲרוֹן הַוָּא

מלך המשוח והוא מלך הארץ אָדָם intelligitur Mesias Rex, qui est Angelus fæderis confer quæ habet R. Mos. Gerund. comm. ad Exod. 3, 2. ex Dn. M. Joh. Frischmunt. disputat de Ang. fæder. c. 2 §. 859. ex qvibus apparebit, Hebræos etiam recentiores ita de hoc Angelo loqui, ut parum à nostrâ sententia abesse videantur, dum eidem talia attribuunt prædicata, qualia ex Nov. Test. Messia adseribunt Christiani. vide etiam Cl. Buxtorff. exercit. de Area fæderis p. m. 130. ff. Jonathan Gen. 4, 1. קְנַתִּי אֶשׁ אֵת רֹהֶת sic transfert לְגָבְרָא פָּלָא כָּא דָיו sic acquisivi virum Angelem Domini, & sic in cœteris.

§. IV. Qvamvis autem Usus Paraphrasium sit maximus, nos tamen nimium iisdem non tribuendū esse arbitramur, & facile sidem inveniemus, si quis considereret, qvot modis, partim textū sacri Quæphas & genuinum sensum obscurarint, partim fabulis & fragmentis Talmudic. contaminariint, partim eidem, aperte contradixerint. Omnia fusius deducere, nec temporis nec instituti nostri ratio permittit, pauca tamen annotabimus. Qvōd n. ad Onkelum, licet ipsius Paraphrasis reliqvis sit anteferenda, eum tamen nonnunquam impegisile, supra cap. 2. §. 4. demonstramus. Jonathanis in Prophet. vitia qvædam annotavit Christian Gerson Wiedergung des Judischen Talmud p. 223. Alteraverò Jonathanis innumeris scatēt fabulis, hoc qz inde apparet, qvōd primo statim Genes. cap. 10x-tui sacro fabulas suas (1) de Lamecum Deo disputatione, ejusdemq; dimissione, v. 16. (2) de Leviathane v. 21. (3) de colloqvio Dei cum Angelis v. 26. (4) de Deo hominem ducentis & 48. membris, 350. nervis creante v. 27. &c. immiscat. In Hieros. Paraf. 7. qvinq; fabulosa enarrantur miracula, qvæ in itinere Jacobo contigerunt, paraf. 8. Gen. 32, 26. qvōd Jacob & Esau slevérint, hic, qvia hebetes facti erant dentes ipsius, alter proper glabritiē colli suiparaf. 12. Gen. 50, 1. de lecto Jacobi aureo, ejusq; monumento à filiis ipsi erecto. paraf. 49. qvōd Og Basanis Rex jam Abrahami & Saræ temporibus vixerit, ideoq; à Mose, eo qvōd Abramum interficere voluisse, occisus sit. In Targum. Cetubhim vide fabulas Ps. 50, 10. de Behemoth, Leviathā, & prægrandi avi Bar Juchne de qvā vid. Bux. Syn. Jud. p. m. 457. f. Ps. 68, 9. & 26. Ps. 118, &c. In Targ. Chbam. Megill. primo statim cap. v. 5. qvōd eo ipso tempore, quo vitulum aureum erigebant Israëlitæ, Æthiopum formā, postea v. cum resipiserent, angelicā formā apparuerint c. 8. v. 1. 2. & 5. Convivium Israëlitarum resurrectio, & voluntatio corporum per meatus sub terraneos, tempore Messiae fabulosè describitur, Ruth. 4, v. ult. de morte Isai fabulosa qvædam enarrantur,

confe

conf. Esh. 5. v. ult. c. 6. tot. c. 9. 14. 15. de patibulo ab Hamane exstructo Ecol.
10. v. 20. c. 4. 13. 14. Thren. 5. 3. & c. vid. quog, Maimon. Mor. Nebboch. pare.
i. cap. 48. & 66. Hinc recentiores Rabbini (teste Serrario, Fagio & ex iisdem Cartwright p̄f. annotat. in Gen.) in comment. suis, ab his Paraphrasibus s̄epissimè recedunt, ut Galatin. l. i. c. 3. Judeos parem illis,
ac textui Hebreo autoritatem, & talam quidem, ut nemo ipsis contradicere
audeat, tribuere, asseveret. Esti autem multæ in iis occurrent fabulæ, qvæ
qvibusdâ illas Christianorum manib⁹ potius eliminandas, qvā illi com-
mendandas svadere videntur, id tamen nobis, qui supra verum earundē
usum afferimus non magnopere officit; nam I. Nos non defendendim⁹
earum auctoritatis. 2. Non statuimus, omnium esse eandem autoritatem:
nec 3. plus ipsis, qvā alii interpreti tribuimus. Interea tamen, ut præ-
clarè censet Cl. Buxtorff. p̄f. in Lexic. Chald. Syr. qvatenus illæ caput
aliquid Christianæ religionis confirmant, aut sententiam aliquam Chri-
stianæ sensu illustrant, non solum id magnæ contra Judæos est auctoritatis,
sed & Christianos confirmat, eam doctrinam, olim in priscis Judæorum
Scholis non fuisse incognitam.

§. V. Postremò & illa discutienda est qvæstio, an Christus & Apostoli,
que tam ex Targumim in N.T. citarint, vel allegarint? id qvod Schikh. p̄f.
in Bechin. Happ. his verbis defendit: Quæ de Antiquitate Targum Jonath.
Uzielidis conjecturaliter tantum disputavi, ea ex Paulino loco 2. Tim. 3. 8. fiunt
multò etiamp probabiliore, quando Apostolus Jannesium & Jambresum Moysi re-
stituisse commemorat, qua nomina Magorum Ægypti, nuspiā in scripturis, et in
predicto Targum in Exod 7, 11. expressa reperiuntur, quasi omnino is, dum ad-
bus ad R. Gamalielis pedes sedens, Pharisaicum disceret, &c. bunc celebrem
Legis Paraph. legerit. Hæc v. sententia Schikh. superius abundè à nobis re-
futata est, dum probavimus, hoc Jonath. Targ. plane ḥ̄w̄l̄m̄n̄, &
& seqvioribus demùm post Paulum seculis, ab incerto qvodā Autore editū
fuisse; & sanè nomina illa Jannes & Jambres, Paulus non ex hoc Ionath.
Targum, qvod tum non erat, sed ex traditionibus Iudæorum παραπομπή-
δοτις refert, in qvib⁹ crebrò memorantur, ut patet ex Buxt. Lex. Talm.
p.m. 945. ff. Sic nec possumus eorum subscribere sententiae, qui Christū
in cruce pendente verba Ps. 22, 1. Eli Eli lammah a sabhthani ex Paraph.
Chald. desumisse afferunt, nam i. adhuc dimicant isti Autores, an Christi
hæc verba Hebraicæn Chald. protulerit. 2. Si Christus ista verba ex Chal.
Paraph.

Paraphr. citavit, citavit vel ex hodierna, vel ex alia quæpiam: non autem ex hodierna, illa enim pro מִתְוָלֶה habet; si ex alia, producenda erit, alias enim ista assertio, eā quæ assertur facilitate rejicietur. Nos potius Cl. Majero ad stipulamur, qui Christum Lingvā tum temporis vernaculā, i.e. Hierosolymitanā hæc verba proculissē fūsē probat. part. 2. P. S. apag. 78. ad 89. vid. præterea Lud. de Dieu commentator. in Evang. p. m. 141. & p. 235. f. Nos pro hisce decernimus.

SOLIDEO GLORIAM.

COROLLARIA.

I.

Quæ supra cap. 3. §. I. numer. I. 3. 4. de usu Paraphrasis um Chaldæarum diximus, ea quoq; optimè de Syria- cā N. T. Paraphrasī dici possunt.

II. In V. T. textu Hebræo Chaldaismos inveniri, cum Maiero ex part. I. P. S. à p. 301. ad 323. salvā Linguæ Hebr. puritate, afflere non possumus.

III. Ast in N. T. præter plures Hebraismos interdum Chaldæo-Syriasmos intermisceri deprehendimus vid. Glass. Philog. Sacr. pag. 233. f.

IV. Chaldæam Lingvam esse Hebrææ dialectum contra Maier, part. I. P. S. p. 70. ss. defendimus.

V. Falluntur, qui literas Hebræorum genuinas penes Cuthæos s. Samaritanos, hodiernas v. Chald. esse volunt.

VI. Chaldæus nonnunquam in sacris denotat Astrologum, sive is Chaldæus, sive ex alia natione fuerit, hinc scribit R. AbenEsra Dan. 2. v. 2. כַּשְׁרִים הֵם חֲכָמִי הַמִּלְוָא id est, Chal- dæi isti fuerunt Astrologi.

VII. Vox Chaldæa נָבָא Rom. 8, 15. Gal. 4, 6. Marc. 14, 36. vim affixi primæ personæ in se habet, sic ut non absolute patrem, sed & patrem meum de notet, Chaldææ namq; Paraphrases Hebr. אָבִי paier meus, semper per נָבָא transferunt.

ad

Ad Præcellentem

DN. STEPHANUM MASIUM;
VISMARIENSEM,

SS. Th. & Philologiæ Orientalis
Cultorem floridissimum,

Amicum & Convictorem iucundissimum.

Qvæ benè, qvæ pravè recutitus sentiat ordo
de Targum Hebræi fontis, Amice, notas.
Nunc sedet, in Solem vigilatam mittere Lunam
divisisq; Anglis orbe, probare Rosam.

Scilicet haut soli qvisq; vam sibi nascitur : ergo
fas est communī consuluisse rei.

Perte non melior saltēm : sed doctior orbis
esse potest: studii, qvod potes, adde decus.

Qui virtute potest attollere nominis ævum
Cum moritur, Phœnix incipit esse sibi,

Celerr. Amico & Convictori optimo

A. Varenius.



Non sat, domi latuisse ; jam audes publicum
Spectare, TARGUM differens, tūm oracula
Divina, qvæ non ponè spectasti. Bonum
Factum! patebit ausibus tuis honos.

Suo amico accomensali

gratul adpos.

M. Jacobus Lindemann,

Rigensis.

(f:) (o:) (s:)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738041262/phys_0031](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738041262/phys_0031)

DFG

מלך חמשות והוא מלך הברית *i.e.* Per vocem intelligitur Mesias Rex, qui est Angelus fæderis confer quæ habet R. Mos. Gerund. comm. ad Exod. 3, 2. ex Dn. M. Joh. Frischmunt. disputat de Ang. fæder. c. 2 §. 8 & 9. ex quibus apparebit, Hebræos etiam recentiores ita de hoc Angelo loqui, ut parum à nostrâ sententia abesse videantur, dum eidem talia attribuunt prædicata, qualia ex Nov. Test. Messiae adseribunt Christiani. vide etiam Cl. Buxtorff. exercit. de Area fæderis p. m. 130. ff. Jonathan Gen. 4, 1. קָנַתִּי אֶשׁר קָנַתִּי לְגָבְרָא פָּלָאכָה דָּיו sic transfert αὐτὸν οὐρανοῦ αἰσθητοῖς καὶ τοῖς πάντας συγχρόνως οὐρανοῦ αἰσθητοῖς καὶ τοῖς πάντας συγχρόνως αἴσθητοι εἰσιν. *אָדָם* id est, acquisivi virum Angelem Domini, & sic in cœteris.

§. IV. Qvamvis autem Usus Paraphrasium sit maximus, nos tamen nimium iisdem non tribuendū esse arbitramur, & facile fidem inveniemus, si quis consideret, qvot modis, partim textū sacri Quæcavas & genuinum sensum obscurarint, partim fabulis & figuris Talmudic. contaminarint, partim eidem, aperte contradixerint. Omnia fusius deducere, nec temporis nec instituti nostri ratio permittit, pauca tamen annotabimus. Qvōd n. ad Onkelum, licet ipsius Paraphrasis reliquias sit anteferenda, eum tamen nonnunquam impegiisse, supra cap. 2. §. 4. demonstravimus. Jonathanis in Prophet. vitiis qvædam annotavit Christian Geron *Wiedergabe des Jüdischen Talmuds* p. 223. Alteraverò Jonathanis innumeros scatet fabulis, hoc q̄p̄inde apparet, qvōd primo statim Genes. cap. textui sacro fabulas suas (1) de Lunæ cum Deo disputatione, ejusdemq; dimidiatione, v. 16. (2) de Leviathane v. 21. (3) de colloqvio Dei cum Angelis v. 26. (4) de Deo hominem ducentis & 48. membris, 350. nervis creante v. 27. &c. immisceat. In Hieros. Paras. 7. qvinq; fabulosa enarrantur miracula, qvæ in itinere Jacobo contigerunt, paras. 8. Gen. 32, 26. qvōd Jacob & Esau slevierint, hic, qvia hebetes facti erant dentes ipsius, alter proper glabritiē colli sui paras. 12. Gen. 50, 1. delecto Jacobi aureo, ejusq; monumento à filiis ipsi erecto, paras. 49. qvōd Og Basanis Rex jam Abramū & Sarā temporibus vixerit, ideoq; à Mose, eo qvōd Abrahamū interficere voluissest, occisus sit. In Targum. Cetubhim vide fabulas Ps. 50, 10. de Behemoth, Leviathā, & prægrandi avi Bar Juchne de qvā vid. Bux. Syn. Jud. p. m. 457. f. Ps. 68, 9. & 26. Ps. 118, &c. In Targ. Cham. Megill primo statim cap. v. 5. qvōd eo ipso tempore, quo vitulum aureum erigebant Israelite, Æthiopum formā, postea v. cum resipiscerent, angelicā formā apparuerint c. 8. v. 1. 2. & 5. Convivium Israelitarum resurrectio, & voluntatio corporum per meatus sub terraneos, tempore Messiae fabulose describitur, Ruth. 4, v. ult. de morte Isai fabulosa qvædam enarrantur,

conf.




Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. [redacted]

the scale towards document